

DE SITV ET REDITV

Luna iuncta Soli in reuolutione, si habuerit testimonium in anno, accident nato grauamina, & damna a rege, & a maioribus suis, sicut patribus, & dominis. Et si Sol habuerit testimonium in anno, habebit dominium, & bonum, mater erit in periculo, & mulieres ei similes. Et hæ significatiõnes plures, & efficaciores erunt, si Luna ingreditur combustionem, tamèn si exiuerit de combustione, minus, & leuius hoc erit.

Luna in reuolutione diuertens ad locum Veneris radicis, si recepta fuerit, & salua ab infortunis, significat quòd itinera quæ cogitauit illo anno facere, disturbabuntur ei, & forte nullum iter faciet illo anno, sed morabitur in domo sua, & cum sua societate, & lætabitur cum amicis crescet in societate, erit uiciosus illo anno, lætus, cõpletus, & pacatus, hæreditates lucrabitur, aget de eis, & alijs rebus similibus. Et si fuerit infortunata nato accident grauitates, & tristitiæ de genere prædictarum rerum, Et si Venus testimonium habuerit honorem, laudem, & dominium habebit, faciet bonum societati suæ, ibit itinera uoti persoluendi gratia.

Luna in reuolutione digrediens ad locum Mercurij radicis, si habuerit testimonium anno, faciet itinera ad loca in quibus non sperabitur bonum, grauabitur ab inimicis, uel pro inimicis. Et si Mercurius testimonium habuerit, illo anno, formabitur status, & negocium eius, & lucrabitur substantiam, & amicos, & habebit bonam famam.

Luna in reuolutione reuerfa ad locum suum radicis, si fuerit reuolutio nocturna, & ipsa fuerit in aliquo angulorum in bono statu, & salua ab infortunis, significat corporis sanitatem, habebit honorem, bonum nomen, & dignitatem regis. Postmodum aspice cuiusmodi significationem habeat in radice, & in qua domo habebat uirtutem. Si in domo substantiæ, aut fratrum, uel in quacuncq; alia fuerit, tunc significat successum, & bonum in illare.

Nota:

Quando aliquis planetarum in reuolutione peruenerit ad locum alterius planetæ radicis, pone domos primi planetæ, scilicet radicis tanquam ascendentiæ. Deinde uide quorsum cadant domus alterius planetæ, qui ad locum eius applicuit, & iudica secundum naturas domorum & significationes ipsarum, ut exempli gratia. Venus peruenerit in reuolutione ad locum Iouis radicis, pono domos Iouis loco ascendentiæ, ut infra.

Ascendens	↗ domus 4	Septima	II	Ascendens	↗ domus 4	Septima	m
Secunda	♃	Octaua	☉	Secunda	↖	Octaua	= do. ♀ mor
Tertia	♁	Nona	♄	Tertia	↘ do. ♀ itine	Nona	m tē, exo
Quarta	♅	Decima	m	Quarta	II ra.	Decima	↗ qa mor
Quinta	↖	Vn. = do. ♀ ami		Quinta	☉	Vndeci.	♃ tuorū
Sexta	↘ do. ♀ in-	Duod. = (cos		Sexta	♄	Duodeci.	♁
		firmitates.	& socios.				

Dic igitur quòd euadet ab infirmitatibus, & habebit fortunam in seruis, & amicis, & socijs, eo quòd ambo planetæ sunt fortunæ.

Dic quòd faciet itinera breuia, fortunata, & lucrosa, habebit bonum a fratribus & amicis, ac consanguineis, & morietur aliquis ex adherentibus ei, uel accipiet hæreditatem ex mortuis, q̄ ambo planetæ sint fortunæ.

Cum